



—\*— DOMINICA I. OCTOBRIS. —\*—  
**In Solemnitate SS. Rosarii B. M. V.**

—\*— DUPLEX II. CLASSIS. —\*—

**Si hoc Festum alicubi non habeat j. Vesperas, Hymnus. Cœlestis aulae conjungitur cum Hymno. In monte. ad Matutinum.**

**Psalmi et alia hic non propria ut in Festis B. Mariæ Virg. per Annum. [191]**

IN I. VESPERIS.

**Añæ. 1.** Quæ est ista, speciôsa sicut colûmba, quasi rosa plantâta super rivos aquarum?

**2.** Virgo potens, sicut turris David; mille clypei pendent ex ea, omnis armâtura fôrtium.

**3.** Ave Mariâ, grâtia plena, Dôminus tecum, benedicta tu in muliêribus.

**4.** Benedixit te Dôminus in virtute sua, quia per te ad nihillum redêgit inimicos nostros.

**5.** Vidêrunt eam filia Sion vernântem in flôribus rosarum, et beatissimam prædicâverunt.

**Capitul. Eccli. xxiv. xxxix.**

**N** me grâtia omnis viæ et veritâtis, in me omnis spes vitæ et virtûtis : ego quasi

rosa plantâta super rivos aquarum fructificâvi.

**Hymnus.**

**C**œlestis aulae Nuntius, Arcana pandens Numinis,

Plenam salutât grâtia Dei Parêntem Virginem.

Virgo propinquam sanguine

Matrem Joannis visitat, Qui clausus alvo gèstiens Adesse Christum nuntiat.

Verbum, quod ante sæcula E mente Patris prôdiit, E Matris alvo Virginis Mortâlis Infans nascitur.

Templo Puellus sistitur, Legique paret Légifer, Hic se Redemptor paupere Prétio redemptus immolat.

Quem jam dolébat perditum,

Mox læta Mater invenit Ignóta doctis méntibus Edisseréntem Fílium.

Jesu, tibi sit glória, Qui natus es de Virgine, Cum Patre et almo Spíritu In sempiterna sæcula. Am.

**Sic terminantur Hymni ad Complet. et ad Horas.**



**V.** Regína sacratíssimi Rosárii, ora pro nobis.  
**R.** Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

**Ad Magnificat, Añã.** Beáta es, Virgo María, Dei Génitrix, quæ credidisti Dómino; perfécta sunt in te quæ dicta sunt tibi, intercéde pro nobis ad Dóminum Deum nostrum.

**Oratio.**

**D**Eus, cujus Unigénitus per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salutis æternæ præmia comparávit: concéde quæsumus, ut hæc mystéria sanctíssimo beátæ Mariæ Virginis Rosário recolentes, et imitemur quod continent, et quod promittunt, assequámur. Per eúndem Dóminum.

**Comm. Domin. occur.**

AD MATUTINUM.

**Invitat.** Solemnitátem Rosárii Virginis Mariæ celebrémus: \* Christum ejus Fílium adorémus Dóminum. **Ps.** Veníte. 2.

**Hymnus.**

**I**N monte olivis cónsisto Redemptor orans prócidit,  
Mœret, pavésцит, déficit,  
Sudóre manans sánguini.

**A** proditóre tráditus Raptátur in pœnas Deus, Durisque vinctus nexibus Flagris cruéntis cæditur. **Intéxta** acútis séntibus Coróna contuméliæ, Squallénti amíctum púr-pura, Regem coronat glóriæ. **Molis** crucem ter árduæ, Sudans, anhélans, concí-dens,

Ad montis usque vérticem Gestáre vi compéllitur. **Confíxus** atro stípíte Inter sceléstos innocens, Orándo pro tortóribus, Exsánguis efflat spíritum. **Jesu**, tibi sit glória, Qui natus es de Virgine, Cum Patre et almo Spí-ritu In sempitérna sæcula. Amen.

In I. Nocturno.

**Añã.** Angelus Gábriel nuntiávit Mariæ: et concépit de Spíritu sancto.

**Añã.** Intrávit María in domum Zachariæ, et salutávit Elisabeth.

**Añã.** Péperit Fílium suum primogénitum, et reclinávit eum in præsépio.

**V.** Sancta Dei Génitrix, semper Virgo María. **R.** Intercéde pro nobis ad Dóminum Deum nostrum.

De libro Ecclesiástici.

**Lectio j.** **Cap. xxiv.**

**N**ÓNIBUS réquiem quæsívi, et in hereditáte Dómini morábor. Tunc præcépit, et dixit mihi Créator ómnium: et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo, et dixit mihi: In Jacob inhábita, et in Israel hereditáre, et in eléctis meis mitte radíces. Ab inítio, et ante sæcula creáta sum, et usque ad futúrum sæculum non désinam, et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi. Et sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíli ter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei heréditas illíus, et in plenítudine Sanctórum deténtio mea.

**R.** Súmite psaltérium jucúndum in insígni die solemnítatis vestræ: \* Et exsultáte Virgini adjuatrici nostræ. **V.** Cantáte ei cánticum novum: annuntiáte inter gentes glóriam ejus. — Et exsultáte.

**Lectio ij.**

**Q**UASI cedrus exaltáta sum in Líbano, et quasi cypréssus in monte

Sion: quasi palma exaltáta sum in Cades, et quasi plantatio rosæ in Jéricho: Quasi olíva speciósã in campis, et quasi plátanus exaltáta sum juxta aquam in platéis. Sicut cinnamómum, et bálsamum aromatizans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris: et quasi storax, et gálbanus, et úngula, et gutta, et quasi Líbanus non incísus vaporávi habitatióne meam, et quasi bálsamum non mixtum odor meus. Ego quasi terebínthus exténderamos meos, et rami mei honóris et grátiae.

**R.** Vidi speciósam ascendéntem désuper rivos aquárum cujus inæstimábilis odor erat nimis: \* Et sicut dies verni circúdbant eam flores rosárum et lília convállium. **V.** Astítit Regína a dextris tuis in vestítu deauráto circúmdata varietáte. — Et.

**Lectio iij.**

**E**GO mater pulchræ dilectiÓNis, et timóris, et agnitiónis, et sanctæ spei. In me grátia omnis viæ et veritátis, in me omnis spes vitæ et virtútis. Transíte ad me omnes qui concupíscitis me, et a



generati6nibus meis impl6mini : Spiritus enim meus super mel dulcis, et her6ditas mea super mel et favum : Mem6ria mea in generati6nes s6cul6rum. Qui edunt me, adhuc esuri6nt : et qui bibunt me, adhuc siti6nt. Qui audit me, non confund6tur : et qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucident me, vitam 6ternam habebunt.

**R.** Quæ est ista quæ processit sicut sol, et form6sa tamquam Jer6salem? Vid6runt eam filiæ Sion et beatam dixerunt : \* Et reginæ laudaverunt eam. **V.** Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum et lilia convallium. — Et reginæ. **Gloria Patri.** Et reginæ.

In II. Nocturno.

**Añã.** Cum inducerent Jesum par6ntes ejus, ut sisterent eum D6mino, Simeon accepit eum in ulnas suas, et benedixit Deum.

**Añã.** Requir6ntes Jesum par6ntes ejus, invenerunt illum post triduum in medio doct6rum.

**Añã.** C6epit contristari, et factus est sudor ejus in horto, sicut guttæ sanguinis.

**V.** Post partum Virgo, inviolata permansisti. **R.** Dei G6n6trix intercede pro nobis.

**Lectio 10.**

**C**UM Albigen6sium h6eresis per Tolosati6nem regi6nem impie grassaretur, atque altius in dies radices ageret, sanctus Dominicus, qui nuper Prædicat6rum 6rdinis fundam6ta jecerat, ad eam convellendam totus incubuit. Id ut pr6staret validius, auxili6m beatæ Virginis, cujus dignitas illis erroribus impudentissime petebatur, cuique datum est cunctas h6ereses interimere in universo mundo, enixis precibus imploravit. A qua (ut mem6riæ proditum est) cum m6nitus esset, ut Rosari6m p6pulis pr6dicaret, velut singulare adversus h6ereses ac vitia pr6sidi6m; mirum est, quanto mentis fervore et quam felici succ6ssu injunctum sibi munus sit exc6cutus. Est autem Rosari6m certa precandi f6rmula, qua quind6cim angelicarum salutati6num decades, orati6ne Dominica interjecta, distinguimus, et ad earum singulas

t6tidem nostræ reparati6nis myst6ria pia meditati6ne recolimus. Ex eo ergo tempore pius hic orandi modus mirabiliter per sanctum Dominicum promulgari augetique c6epit; quem ejusdem instituti6nem auctoremque fuisse summi Pontifices apost6licis litteris passim affirmarunt.

**R.** Tu gl6ria Jer6salem, tu lætiti6 Israel, tu honorificenti6 p6puli nostri fecisti viriliter : \* Quia cunctas h6ereses sola interemisti. **V.** Pulchra es et decora, terribilis ut castr6rum acies ordinata. — Quia cunctas.

**Lectio 11.**

**I**nnumerabiles porro fructus ex hac tam salutari instituti6ne in christi6nam remp6blicam dimanarunt, inter quos vict6ria illa m6rito numeratur, quam sanctissimus P6ntifex Pius quintus, et ab eo inflammati christiani principes apud Echinas insulas de Turcarum tyranno potentissimo reportarunt. Nam cum illa ipsa die ea vict6ria relata sit, qua die sanctissimi Rosari6 sodalitates per universum orbem consu-

tas supplicati6nes peragerent, statutasque preces de more funderent, iis precibus haud immerito refertur accepta. Quod quidem cum etiam Gregorius tertius decimus testatus esset, ut pro tam singulari beneficio beatæ Virginis sub appellati6ne Rosari6 perennes gratiæ ubique terrarum haberentur, in eccl6siis omnibus, in quibus altare Rosari6 foret, prima quaque Octobris Dominica Offici6m ritu dupl6ci maj6ri perpetuo celebrandum indixit : aliique Pontifices Rosari6m recitantes, ejusdemque Rosari6 sodalitatibus indulgentias pene innúmeras concessere.

**R.** D6xtera tua magnificata est in fortitudi6ne, d6xtera tua confr6git inimicos. \* Submersi sunt in aquis vehementibus, et operuit eos mare. **V.** Benedixit te D6minus in virtute sua, quia per te ad nihilum red6git inimicos nostros. — Submersi sunt.

**Lectio 12.**

**C**lemens vero undecimus animo reputans insignem pariter vict6riam anno millésimo se-



ptingentésimo décimo sexto in Hungáriae regno a Cárolo sexto in imperatórem Romanórum elécto de innúmeris Turcárum cópiis relátam, eo die contigisse quo festum Dedicatiónis sanctæ Mariæ ad Nives celebrarétur, atque eódem ferme témpore, quo sanctíssimi Rosárii confrátes públicam solemnémque supplicatiónem in alma Urbe ingénti pópuli concúrso magnáque religiõne peragentes, férvidas ad Deum preces pro Turcárum depressiõne fúnderent, ac poténtem opem Deiparæ Virginitatis in auxilió Christianórum humíliter implorarent : eam ob rem, victóriam illam, nec non liberátam paulo post eorúmdem Turcárum obsidiõne Corcyrensem ínsulam, ejúsdem beatæ Virginitatis patrocínio pie cénsuit ascribendam. Quamóbrem ut hujus quoque tam insignis beneficii perénnis semper et memória exstáret et grátia, sanctíssimi Rosárii festum eádem die eodémque ritu celebrándum ad Ecclésiám univérsam exténdit. Hæc ómnia Benedictus décimus tértius in Breviá-

rio Románo appóni jussit. Leo autem tértius décimus in turbuléntissimis Ecclésiæ tempóribus, diúque preméntium malórum sæva tempestáte, cunctos in orbe fidéles, iterátis apostólicis lítteris ad Mariális Rosárii, præsertim per Octóbrem mensem, fréquentiam veheménter incéndit, aucto quoque ánnui festi solemnitéritu, additáque Litaníis Lauretánis Regínæ sacratíssimi Rosárii invocatiõne, et Offício de eádem solemnitéritu próprio Ecclésiæ univérsæ concessó. Sanctíssimam ergo Dei Genitricem cultu hoc eídem gratíssimo júgiter venerémur, ut quæ tóties Christi fidélibus, Rosárii précibus exoráta, terrénos hostes profligáre dedit ac pérdere, inférnos páriter superáre concédát.

℞. Signum magnum apparuit in cœlo : mûlier amícta sole, et luna sub pédibus ejus : \* Et in cápite ejus coróna stellárum duódecim. ℞. Dábitur cápiti tuo augméntum gratiárum, et coróna ínclýta próteget te. — Et in cápite. Glória Patri. Et in cápite.

### In III. Nocturno.

**Aña.** Apprehéndit Pilátus Jesum, et flagellávit.

**Aña.** Míletes plecténtes corónam de spinis, imposuérunt super caput ejus.

**Aña.** Crucis impérium super húmerum ejus : regnávit a ligno Deus.

℞. Speciósá facta es et suávis. ℞. In delíciis tuis, sancta Dei Génitrix.

Léctio sancti Evangélii secundum Lucam.

**Lectio vij.** **Cap. j.**

**I**N illo témpore : Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad virgínem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph de domo David, et nomen virginitatis María. Et réliqua.

Homília sancti Bernardi Abbátis.

**Serm. de S. Maria.**

**D** commendatiónem grátie suæ et ad destructiõnem humanæ sapiéntiæ, Deus de fémina, sed Virgine dignátus est carnem assumere, ut símilem símili rédderet, contrárium contrário curáret, pestíferam spinam evélleret, peccáti chirógraphum poten-

tíssime deléret. Heva spina fuit, María rosa exstítit. Heva spina vulnerádo, María rosa ómnium afféctus mulcéndo. Heva spina infígens ómnibus mortem, María rosa reddens salu-tíferam ómnibus sortem. María rosa fuit cándida per virginitátem, rubicúnda per caritátem. Cándida carne, rubicúnda mente, cándida virtútem sectádo, rubicúnda vítia calcádo. Cándida afféctum purificádo, rubicúnda carnem mortificádo : cándida Deum diligédo, rubicúnda próximo compatiédo.

℞. Ego quasi vitis fructificávi suavitéritatem odóris, \* Et flores mei fructus honóris et honestátis. ℞. Ego mater pulchræ dilectiõnis et timóris et agnitiónis et sanctæ spei. — Et flores.

**Lectio vij.**

**In Serm. de Aquæductu.**

**V**erbum caro factum est, et hábitat jam in nobis. Hábitat in memória nostra, hábitat in cogitatiõne, quia usque ad ipsam descendit imaginatiõnem. Quonam modo, inquis? Nimirum jacens in præsépio, in virginali grémio cubans, in monte



prædicans, in oratione pernôtans, in cruce pendens, in morte pallens, liber inter mortuos et in inferno imperans, seu etiam tertia die resurgens et Apóstolis loca clavórum, victoriæ signa demonstrans, novissime coram eis cœli secretâ conscendens. Quid horum non vere, non pie, non sancte cogitatur? ¶ Quidquid horum cogito, Deum cogito, et per omnia est Deus meus. Hæc ego meditari dixi sapientiam, et prudentiam judicavi eructare memoriam suavitatis: quoniam in hujuscemodi nucléis virga sacerdotâlis copiôsa produxit, quam in supérnis háuriens, uberior nobis María refudit. In supérnis plane et ultra Angelos, quæ Verbum ex ipso Patris corde suscepit.

**R.** Surge, própera, amica mea: jam enim hiems tránsiit, imber ábiit et recessit: \* Flores apparuerunt in terra nostra. **V.** Dóminus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum. — Flores. **Gloria Patri. Flores.**

**Lectio ix. de Homilia Dominicæ occurrentis.**

**AD LAUDES,  
et per Horas, Añæ.**

**1.** Lætare, Virgo Mater; \* surrexit Christus de sepulcro.

**2.** Ascendit Deus \* in jubilatione, et Dóminus in voce tubæ.

**3.** Spíritus Dómini \* replevit orbem terrarum.

**4.** Assumpta est María in cœlum; gaudet Angeli; laudantes benedicunt Dóminum, allelúia.

**5.** Exaltata est \* Virgo María super choros Angelórum, et in capite ejus coróna stellarum duodecim.

**Capitul. Eccli. xxiv. xxxix.**

**I**N me grátia omnis viæ et veritatis, in me omnis spes vitæ et virtutis: ego quasi rosa plantata super rivos aquarum fructificavi.

**Hymnus.**

**J**AM morte victor óbruta  
Ab inferis Christus redit,  
Fractisque culpæ vinculis,  
Cœli reclúdit límina.  
Visus satis mortálibus  
Ascendit ad cœlestia,  
Dexteræque Patris assidet  
Consors Patérnæ glóriæ.

Quem jam suis promiserat,

Sanctum daturus Spíritum,

Linguis amóris ígneis  
Mœstis alúmniis impluit.

Solúta carnis pøndere  
Ad astra Virgo tollitur,

Excépta cœli júbilo,  
Et Angelórum cánticis.

Bis sena cingunt sidera  
Almæ paréntis vérticem:

Throno propínqua Fílii  
Cunctis creatis imperat.

Jesu, tibi sit glória,

Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre et almo Spíritu

In sempiterna sæcula.  
Amen.

**R.** Elégit eam Deus, et præelégit eam. **R.** Et habitare eam fecit in tabernáculo suo.

**Ad Benedictus, Añæ.** Solemnitatem hodiernam sanctíssimi Rosárii Genitricis Dei Mariæ devóte celebrémus, ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Jesum Christum.

**Oratio.**

**D**Eus, cujus Unigénitus per vitam, mortem et resurrectionem suam nobis salutis æternæ præmia comparavit: concède quæsumus, ut hæc mystéria sanctíssimo beatæ

Mariæ Virginis Rosário recolentes, et imitemur quod continent, et quod promittunt, assequámur. Per eúmdem Dóminum.

**Comm. Dominicæ occurrentis.**

**Ad Primam, in R. br.**  
**V.** Qui natus es.

**AD TERTIAM.**

**Capit. In me grátia. ut ad Laudes.**

**R. br.** Sancta Dei Genitrix, \* Semper Virgo María. Sancta. **V.** Intercède

pro nobis ad Dóminum Deum nostrum. Semper.

**Gloria Patri. Sancta.**

**V.** Post partum Virgo inviolata permansisti.

**R.** Dei Genitrix intercedé pro nobis.

**AD SEXTAM.**

**Capitulum. Eccli. xxx.**

**F**Loréte flores quasi lílium, et date odórem, et frondéte in grátiam; collaudáte cánticum, et benedicíte Dóminum in opéribus suis.

**R. br.** Post partum Virgo, \* Inviolata permansisti. Post partum. **V.** Dei Genitrix intercedé pro nobis. Inviolata. **Gloria Patri. Post partum.**

**V.** Speciôsa facta es et suavis. **R.** In deliciis tuis, sancta Dei Genitrix.



AD NONAM.

**Capitulum.** Eccli. xxiv.

**Q**uasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion : quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosae in Jericho.

**R.** br. Speciosa facta es, \* Etsuavis. Speciosa. **V.** In deliciis tuis, sancta Dei Genitrix. Et suavis. **Gloria** Patri. Speciosa.

**V.** Elégit eam Deus, et praelégit eam. **R.** Et habitare eam fecit in tabernaculo suo.

IN II. VESPERIS.

**Omnia ut in primis, 479. præter sequentia.**

**Hymnus.**

**T**E gestientem gaudiis,  
Te sauciam doloribus,

Te jugi amictam gloria,  
O Virgo Mater, pangimus.

**A**ve, redundans gaudio  
Dum concipis, dum visitas,

Et edis, offers, invenis,  
Mater beata, Filium.

**A**ve, dolens, et intimo  
In corde agonem, verbera,  
Spinas, crucemque Filii  
Perpessa, princeps Martyrum.

**A**ve, in triumphis Filii,  
In ignibus Paracliti,

In regni honore et lumine,  
Regina fulgens gloria.  
**V**enite gentes, carpite  
Ex his rosas mysteriis,  
Et pulchri amoris inclytae  
Matri coronas necite.

**J**esu, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre et almo Spiritu

In sempiterna saecula.

Amen.

**V.** Regina sacratissimi  
Rosarii, ora pro nobis.

**R.** Ut digni efficiamur  
promissionibus Christi.

**Ad Magnif. Aña.** Beata Mater et intacta Virgo, gloriosa Regina mundi, sentiant omnes tuum juvenamen, quicumque celebrant tuam sanctissimi Rosarii solemnitatem.

**Comm. Domin. occur.**

DIE I. OCTOBRIS.

**S. Remigii**

**Episcopi et Confessoris.**  
**Semiduplex ad libitum,**  
**vel Simplex de præcepto.**

**✦ Si hoc Festum S. Remigii celebretur sub ritu simplici, nona Lectio erit.**

Remigius Episcopus. ut infra, cum Commem. de eo in Vesperis et Laudibus.

**Omnia de Comm. Conf. Pontificis [70] præter sequentia. (m. t. v.)**

**Aña.** Sacerdos et Pontifex, et virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

**V.** Amavit eum.

**Oratio.**

**D**A quæsumus omnipotens Deus : ut beati Remigii Confessoris tui atque Pontificis veneranda solemnitas, et devotionem nobis augeat et salutem. Per Dominum.

**In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.**

**In II. Nocturno.****Lectio ib.**

Remigius, Episcopus Rhemensis, floruit Clodoveo rege Francorum, quem etiam baptizavit, et primus omnium doctrina et miraculis Francos ad Christi Domini fidem perduxit. Ejus oratione mortua puella revixit. Multos interpretatus est divinae Scripturae libros. Amplius septuaginta annos summa cum laude Rhensem Ecclesiam administravit. Cujus vitae et mortis sanctitatem multa, quae consecuta sunt, miracula comprobaverunt.

**R.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum : \* Manus enim

mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. — Manus.

Sermo sancti Maximi

Episcopi.

**Homilia lix. quæ est ij. de S. Eusebio Vercell.**

**Lectio v.**

**A**D sancti ac beatissimi patris nostri Remigii, cujus hodie festa celebramus, laudes addidisse, aliquid decerpisse est : siquidem virtutum ejus gratia non sermonibus exponenda est, sed operibus comprobanda. Cumenim dicat Scriptura : Gloria patris est filius sapiens : quantæ hujus sunt gloriae, qui tantorum filiorum sapientia, et devotione lætatur ? In Christo enim Jesu per Evangelium ipse nos genuit.

**R.** Pósui adjutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea : \* Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. — Manus.

**Lectio vj.**

**Q**uidquid igitur in hac sancta plebe potest esse virtutis et gratiæ, de hoc quasi quodam fonte lucidissimo, omnium rivu-



lōrum pūritas emanāvit. Etenim quia castitatis pol-  
lēbat vigōre, quia absti-  
nētiā gloriabātur angū-  
stiis, quia blandimētis  
erat præditus lenitatis,  
ōmniū cīvium in Deum  
provocāvit affēctum: quia  
Pontificis administratiōne  
fulgēbat, plures e disci-  
pulis reliquit sui sacerdoti  
successōres.

**R.** Iste est qui. [78]

In iij. Nocturno, Homilia.

Lectio sancti Evangelii.  
de Communi. [81]

Vesperæ de sequenti.

DIE II. OCTOBRIS.

SS. Angelorum  
Custodum.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Añæ ut in Laudibus. 502.

Psalmi ut in j. Vesperis  
de Communi Apostol. [2]

Capitulum. Exodi xxiiij. d

**S**Cce ego mittam  
Angelum meum,  
qui præcedat te, et  
custodiāt in via, et intro-  
ducāt in locum, quem pa-  
rāvi. Obsēva eum, et au-  
di vocem ejus.

**Hymnus.**

**C**ustodes hōminum  
psallimus Angelos,  
Naturæ fragili quos Pater  
addidit

Cœlestis cōmites, insidiān-  
tibus

Ne succumberet hōstibus.

**N**am quod corrūerit prō-  
ditor āngelus,

Concēssis mērito pulsus  
honoribus,

Ardens invidia pēllere nī-  
titur

Quos cœlo Deus ādvocat.

**H**uc custos igitur pērvigil  
ādvola,

Avērtens patria de tibi  
crēdita

Tam morbos ānīmi, quam  
requiescere

Quidquid non sinit incolās.

**S**anctæ sit Triadi laus pia  
jūgiter,

Cujus perpētuo nūmine  
māchina

Triplex hæc rēgitur, cujus  
in ōmnia

Regnat glōria sæcula.  
Amen.

**V.** In conspēctu Angelō-  
rum, psallam tibi Deus  
meus. **R.** Adorābo ad tem-  
plum sanctum tuum, et  
confitebor nōmini tuo.

**Ad Magnif. Añā.** Omnes  
sunt administratōrii spī-  
ritus in ministērium missi  
propter eos, qui hereditā-  
tem cāpiunt salutis.

**Oratio.**

**D**eus, qui ineffābili pro-  
vidētia sanctos An-  
gelos tuos ad nostram cu-

stodiā mittere dignāris: largire supplicibus tuis, et  
eōrum semper protectione  
defēdi, et ætērna socie-  
tate gaudere. Per Dōmi-  
num nostrum.

stodiā mittere dignāris: largire supplicibus tuis, et  
eōrum semper protectione  
defēdi, et ætērna socie-  
tate gaudere. Per Dōmi-  
num nostrum.

**Commem. præced. Añā.**

Amāvit eum Dōminus, et  
ornāvit eum: stolam glō-  
riæ induit eum, et ad  
portas paradisi coronāvit  
eum.

**V.** Justum dedūxit.

**Oratio ut supra. 489.**

AD MATUTINUM.

**Invitat.** Regem Angelō-  
rum Dōminum, \* Venite  
adorēmus.

**Ps.** Venite. 2.

**Hymn.** Custodes. supra.

In I. Nocturno.

**Añā.** Dōminus Deus \*  
cœli et terræ, ipse mittet  
Angelum suum coram te.

**Psalmus viij.**

**D**omine Dōminus  
noster, \* quam  
admirābile est no-  
men tuum in univērsa  
terra!

Quōniam elevāta est ma-  
gnificētia tua, \* super  
cœlos.

Ex ore infāntium et lac-  
tētium perfecisti lau-  
dem propter inimicos  
tuos, \* ut destruas inimi-  
cum et ultōrem.

Quōniam vidēbo cœlos  
tuos, ōpera digitorum tuō-  
rum: \* lunam et stellas,  
quæ tu fundāsti.

Quid est homo, quod me-  
mor es ejus? \* aut filius  
hōminis, quōniam vīsitas  
eum?

Minuisti eum paulo mi-  
nus ab Angelis, glōria et  
honōre coronāsti eum: \*  
et constituisti eum super  
ōpera mānuum tuārum.

Omnia subjecisti sub pē-  
dibus ejus, \* oves et boves  
univērsas: insuper et pē-  
cora campi.

Vólucres cœli, et pisces  
maris, \* qui perāmbulant  
sēmitas maris.

Dōmine Dōminus no-  
ster, \* quam admirābile  
est nomen tuum in uni-  
vērta terra!

**Añā.** Dōminus Deus cœli  
et terræ, ipse mittet Ange-  
lum suum coram te.

**Añā.** Deus meus \* misit  
Angelum suum, et con-  
clūsit ora leōnum, et non  
nocuerunt mihi.

**Psalmus r.**

**I**N Dōmino confido:  
quōmodo dicitis ani-  
mæ meæ: \* Trāsmigra  
in montem sicut passer?

Quōniam ecce peccatō-  
res intendērunt arcum,  
paravērunt sagittas suas



in pháretra, \* ut sagíttent in obscúro rectos corde.

Quóniam quæ perfecisti, destruxérunt : \* justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, \* Dóminus in cœlo sedes ejus :

Oculi ejus in páuperem respiciunt : \* pálpebræ ejus intérogant filios hóminum.

Dóminus intérogat justum et ímpium : \* qui autem díligit iniquitatem, odit ánimam suam.

Pluet super peccatóres láqueos : \* ignis, et sulphur, et spíritus procellárum pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dóminus et justítias díléxit : \* æquitatem vidit vultus ejus.

**Añã.** Deus meus misit Angelum suum, et conclusit ora leónum, et non nocuerunt mihi.

**Añã.** Bene ambulétis, \* et Dóminus sit in itinere vestro, et Angelus ejus comitétur vobiscum.

**Psalmus xv.**

**D**omine quis habitábit in tabernáculo tuo? \* aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, \* et operátur justítiam :

Qui lóquitur veritatem in corde suo, \* qui non egit dolum in lingua sua : Nec fecit próximo suo malum, \* et oppróbrium non accépit advérsus próximos suos.

Ad nihilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus : \* tímētes autem Dóminum glórficat :

Qui jurat próximo suo, et non decípit, \* qui pecúniam suam non dedit ad usúram, et múnera super innocéntem non accépit :

Qui facit hæc, \* non movébitur in ætérnum.

**Añã.** Bene ambulétis, et Dóminus sit in itinere vestro, et Angelus ejus comitétur vobiscum.

**℣.** Stetit Angelus juxta aram templi. **℟.** Habens thuríbulum áureum in manu sua.

De libro Exodi.

**Lectio j.** **Cap. xxiiij. d**

**S**cce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, et custódiat in via, et introducat in locum quem parávi. Obsérva eum, et audi vocem ejus, nec contemnéndum putes : quia non dimíttet cum peccáveris, et est nomen meum in illo. Quod si audieris

vocem ejus, et féceris ómnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, et affligam affligentes te. Præcedétque te Angelus meus.

**℟.** Angelis suis Deus mandávit de te, ut custódiant te in ómnibus viis tuis : \* In má nibus portábunt te, ne unquam offéndas ad lápidem pedem tuum. **℣.** Millia millium ministrábant ei, et decies millies centéna millia assistébant ei. — In má nibus.

Ex Zacharía Prophéta.

**Lectio ij.** **Cap. j. b**

**F**actum est verbum Dómini ad Zacháriam filium Barachíæ, filii Addo, Prophétam, dicens : Vidi per noctem : et ecce vir ascéndens super equum rufum, et ipse stabat inter myrtéta, quæ erant in profúndo : et post eum equi rufi, vári et albi. Et dixi : Quid sunt isti, Dómine mi? et dixit ad me Angelus, qui loquebátur in me : Ego osténdam tibi quid sint hæc. Et respóndit vir, qui stabat inter myrtéta, et dixit : Isti sunt, quos misit Dóminus ut perámbulent terram. Et responderunt Angelo Dómini, qui stabat

inter myrtéta, et dixerunt : Perambulávimus terram, et ecce omnis terra habitátur, et quiéscit.

**℟.** Respóndit Angelus Dómini, et dixit : Dómine exercítuum, \* Usquequo tu non miseréberis Jerúsalem, et úrbium Juda, quibus irátus es? **℣.** Iste enim septuagésimus annus est. — Usquequo tu.

**Lectio iij.** **Cap. ij.**

**E**t levávi óculos meos, et vidi : et ecce vir, et in manu ejus funículus mensórum. Et dixi : Quo tu vadis? Et dixit ad me : Ut métiar Jerúsalem, et vídeam quanta sit latitúdo ejus, et quanta longitúdo ejus. Et ecce Angelus, qui loquebátur in me, egrediebátur, et Angelus álius egrediebátur in occúrsum ejus. Et dixit ad eum : Curre, lóquere ad púerum istum, dicens : Absque muro habitábitur Jerúsalem præ multitudíne hóminum, et jumentórum in médio ejus. Et ego ero ei, ait Dóminus, murus ignis in circúitu, et in glória ero in médio ejus.

**℟.** In conspéctu géntium nolite tímere : vos enim in córdibus vestris adoráte et tímēte Dóminum :